

PETRI MO-  
CHII SENENSIS DE  
CRUCIATV EXILIOQVE Cy-  
pidinis ad Andream Priolum Patrium Ve-  
netum dialogus oppidò quam elegans.



PARISIIS  
In officina Christiani Wecheli, sub scuto  
Basiliensi in uico Iacobæo. Anno  
M. D. XXXVII.



ARGUMENTVM  
DIALOGI.

Captur Cupido iuuentutis corruptor, uincatur, & ad palum ligatur. Populus omnis ad optatum conspectum effusus occurrit. Accusat Cupido, eiūsq; ingratitudines enarrantur, & mala. Ducitur uinctus ad supplicium, ita iubente tribunitia potestate, qui ad iudices conuersus, ut se defenseret, luculentam habuit orationem. Demulcere Cupidinis uerba tribunos. Fremit populus, in diuersa uota scissus. Virginum, & matronarum ordo, salutem Cupidini exorat. Senes, debiles, transformati, & hypocritæ custodë auro corruptentes, Cupidinis mortem procurant. Tideus, Tibullus, Catullus, Paris, Cynthia, & Patroclus in Cupidinem uiriliter pugnant. Scipio, Hannibal, Pyrrhus, Democritus, Antigonus, & Diomedes arma in fauorem Cupidinis assumentes, eius liberationi student. Mulieres extremam Cupidinis sortem miserantes, pectora palmulis pulsant. Mulierum una ad alias conuersa, orationem habet. Fit beli conflictus, & ob incertitudinem euētus belli, res deducitur ad arbitros. Soluitur Cupido, & ad iudicium dicitur. Quidam contra Cupidinem orationem habet, & furem, facinorosum, & proditore eum appellat: alter uero cum pro uiribus tuetur. Iudicium Cupidinis ex arbitris ad tribunos, iubente populo, delatum est. In hac uerba in Cupidinem fertur sententia

A ij tia

## ARGUMENTVM

tia. In Cupidinem iuuentutis corruptorem exilio ani  
maduerti placet, & si unquam ad nostra fuerit re=  
uersus limina, mors poena esto. Pellitur urbe Cupido.  
Lachrymae, & gemitus cuperunt omnes: demis=  
si uultus, non nisi turbulenta loquuntur. Con=  
solatur Cupido: & demum iuue=  
num, & matronarum preci=  
bus pristine restitu=t  
tur libertati.

PETRI MOCHII SE-  
NENSIS DE CRUCIATV EXI-  
LIO Q VE CVPIDINIS AD  
ANDREAM PRIOLVM  
DIALOGVS.

INTERLOCVTORES, GRAECVS  
ET LATINVS.

GRAECVS.



Axime Iupiter, tuq; alma Ven-  
nus, quorum munere uita uiui-  
tur, animulæ nimū afflictæ so-  
lamen transmittite, ô tempora  
infoelia : ô flagitiū immane:  
ô malas artes nostra imbecilli-  
tate nunq; peritrus . L A T .

Quis hic sœuam fortunam patitur ? Quis quis es, no-  
men, & causam fare : te pro mea uirili hoc crucia-  
tu liberum reddam ô hospes . G R AE . Amice sal-  
uus sis, cùm nemo uiuens saluus . L A . Hospes buc,  
te oro, concede, sede & quiesce . Nulla est tam amara  
iactura, quam tempus, & patientia non sanent.  
G R AE C V S . Legitimo dolori tempus indulget.  
Nam quæ animum cruciant, haud facile remittuntur : cùm spiritus aliquantis per reconualuerit, do-  
lorē soluet. L A . Si cordi tuo dulcis alicuius rei

A iij memoria

## DE CRVCIATV ET EXILIO

memoria insidet : per illā tuā fidem, dextramq; hanc,  
quam ad tua iussa libens, & præsto iungo, casus tuos  
dico . Nam nihil in erumna infelicius , miseriūsq;  
inuenitur, quām amicum nō habere, quo cum queras  
ris, & gaudeas. Verum enim uero , qui doloris nimil  
tenaces fuere : nec morte soluuntur:nec gaudio latan-  
tur : sed tanquam simulacra hincinde feruntur. Ea de  
re mentem attolle: uirum indue : tenebras cœcitatis de-  
pelle:erumnas rejice: ad meliorem uitam euigila:casus  
bifrontis fortune intellige:alterius casibus tuos solare:  
& amico fideli edentes cōmitte curas : breui morula  
resapiscæs . G R A E. Graue , & archanū quodcūq;  
sit : ut tam anxiæ de preanti concedam , necesse est.  
Audi:cum Cupidinis ardore omnē morbum superā-  
tes sufferre nequirē: ad antrum uallis apricæ soluēdi  
animi gratia me contuli. Collis est ad leuam antri, in  
quo miræ suavitatis hortus constitutus est: quem diuinus  
fons uitreo latice uirginis irrigat & respergit . Mis-  
ra loci suavitate pellectus, curis sequestratis , locum  
illum incolere, & rusticari animo statueram. Flores  
deligebam, speculabam, meditabārq;. Et inter eundum  
audiui uocem sub tenui murmure dicentem, Me mi-  
serum baurio: illico contremisco : horrent comæ : pa-  
uent oculi: querito, suspicor , uideo en duos ephœbos:  
quos in mala uota pignorauerat amor : nuda humo-  
prostratos, animāmq; efflantes. Propius accedo : heu  
miseri, clamito, Que uos tam aspera sors ad hæc ex-  
tremæ traxit ; Nimium mature hinc soluitis . O sacra  
animula

## C V P I D I N I S   D I A L O G V S

animule: ô fida pectora exp̄gscimi ni ferro:me accin  
gam:aut tuebor,aut sequar,in quod iusseritis.O facies  
ad omnia compositæ: ô grata supercilia:ô depiles ge  
næ: ô colla eburnea: ô corpora cœlestia quid rogantē  
contemnitis? Si qua ardenti face conciditis,dicite,et  
ipse ardeo : miserere didici,fari ne Pigeat . Hi nihil.  
Ex fonte riuiulus emanabat,qui sanguisugas alebat:bi  
nas capio:et intra nares utriusq; impono . Sanguinē  
tatiſper puelli excutiunt . Viuit inquio . En sanguis:ac  
cedo: humeris miseris impono : ad tuguriolū defero:  
igne,et falerno uitam reuocans. Iuuenis languidum  
caput attollens,manūmq; apprehendens meam flebili  
uocē in has miserias,et extremas uoces soluit . Miseri  
nos:quot cælum calores,baratum,et Ethna fouent,  
arsimus. Vno tempore igne æstuosiora,et glacie fri  
gidiora exceperimus . Ad quem ego, Fili lachrymulas  
compesæ:luctum seda:eiulatum coheræ: altum dolo  
ris stimulum frange: fare nomen,et necis causam: ad  
omnia,quaæ iusseris,promptum,paratum,et exposi  
tū me inuenies . Ego Catullus,hæc mea Lesbia inquit.  
Lygures huius exangue collum cùm palmula tetigis  
sent,quam potuit,acclamauit , Me miserum funditus  
perij . Heu salutis meæ achora firmissima mea Lesbia.  
Heu erumnarum mearum portus tranquillus . Heu pa  
uentis animæ solaciolum . Heu captiuitatis meæ uni  
cū suauiū . Quæ fors amara te foedauit, mactauitq;  
O speciem gratissimam,et omni sæculo uenerādam,  
colendam,adorandāmq;:ad quam dignè extollendam

A iiii omnis

## DE CRVCIATV ET EXILIO

omnis tam græci , quām latini sermonis copia penuria censeretur. Dijs ut placuit, uiximus, arsimus , & morimur : suafit ( audi hospes ) hominum & deorum uenator callidus : ut ardores infensos solueremus, quo tempore Mercurius Lœtheo rōre frigida corpora respergit: & ad hunc fontem cōueniremus . Deceptis tam ædium nostrarum, quām urbis custodibus egrēdimur: ferales aliquos euentus imaginati, timidi regrēdimur, & quasi in urbē reuenimus, stamus, ambigimus, in diuersa uota scindimur, ad utrūq; cogimur. Viecula nobis inuia: sentes dubij: Latōra incerta : Veinus asperans : timor intinus retrahens . Heu heu fatum incitabile. Nescij progredimur: uia plana: Lesbia cecidit, & ipse secutus. Omne perculsi, cunctantes gradum firmamus . Puellus ecce totus dicatulus, pulcer, formosus ad obstetricem leuandi partus gratiā se simulat, faculam ardentem manu gestans: hanc pergebat uiā : sequimur : pomœriū lēti ingredimur: ad fontem, quō sitim leuaremus, accedimus: lassitudinemq; refouentes nostram sic supra fontem sedebamus, dulciola basiola, & uerbula amatoria iniungētes. Custos pomœrij ( mala fortuna ) fures ratus, occipitiū claua percussit. Infelix Lesbia spiritū exalauit. Rissum dedit puellus: faculam in fontē iecit, abessitq; & ( nisi fallor ) inter frondes, & fructeta latitauit . Hospes quisquis es, si amicus, sortem miserere: si hostis exēplo disce, exoratūsq; hoc muuins extremā cōmiter concede: ut quos diuini amoris cumulus iunxit, impia

## C V P I D I N I S D I A L O G V S

impia, & crudelis non separat manus.. Tegat urna  
duos, quos unica informauit uoluntas: & hoc breue  
epigramma nostro iube inscribi se pulchro.Custos cla-  
uem:ardor causam:cupido dolum in necem præbuit.  
Et si qua miserorum cura te tangit:uindictam reco-  
gnosce : & uale mi hospes . En amans, & languens  
moriōr. Heu crudele fatum:extra me positus efforor:  
ut amens uagor:audita, & dolos,cupidinisq; fallatias  
repeto:mēte reuoluo:gradum firmo,spiritu nullo flāte  
quati arbusta,& hærbulas uideo:anguem ratus con-  
tremisco : ferrum in meam salutem apprehendo , &  
clamito,quisquis es,aut fare,aut accipe. Saxum erat  
ingēs:rapio,iacioq;. Caput extulit puerus pulchellus:  
qui iam iam pēnulis pedibus additis in altum fereba-  
tur. Fasciola,quæ præ temporis, & timoris angustia  
annecti nequierat, pendebat.Hanc capio, ad manum  
glomerō, teneo,detraho,& ad palū ligo. Orat opem  
miser:hinc forma, hinc mei ardiores,hinc cæforū pie-  
tas,& obstricta fides exagitant:animus dubius nihil  
certum firmat.Hec mecum alternante mœsti paren-  
tes nemine cōmitāte loca aspra,deuia,& inculta,des-  
suetaq; angulatim perlustrabant: ubi me conspiciunt,  
Heus bone uir sis saluus,inquiunt . Vidistin' fortē for-  
tunā duos hic errantes ephœbos , ueste talari , colore  
iocondo, capillo sparso, facie iocūda? Mœstas ut exā-  
pio uoces pietate motus,ad loca intima sanguis se re-  
cepit.Hos uoco,accerso,& rogo,dicite patres, Quæ  
causa uiæ: qui sunt,quos tam anxiè, & solliciti studio  
perquiritiss

## DE CRUCIATV ET EXILIO

perquiritis? Hospes. Pudet nominis: pudet cause: pudet, et tædet uitæ. Credimus omnium cœlitum numina in nostram calamitatem conspirasse: credimus angues, virus, et gladium nostræ captiuitatis, et nō filios in luce editos. Catullū ego et Lesbia infausti generauimus. O quam fœlix, qui filios: fœlicissimus, neminem qui habuit. Hi, quos quærimus, amore uesano correpti tarda uespera amores insanos fuga faciauerere. Hos si uidisti: si quid horū nosti, libero locuto edisse. Vix dicta mœrore cōsumpti in faciē proni cœcidere. Ad quos ego, Miseri patres colubrum non genuistis: sed illos, qui per regum, et maiorum exempla feruntur. Subeat in mentem, quicquid regiae egerint uirgines, Medea, Ariadne, Phœdra, quid regia Dido, quid Philis, Quot nostræ ætatis puellæ uirgines, et matronæ relictis patria, parentibus, et domo uagatae sunt. Discite aliorum exemplo uitam uestram insti- tuere: discite aliorum casibus nostros tolerare. Hæc Cupidinus flâmula cœlum domat, deos uincit, filios in parentes exasperat: pias mentes ad inconcessa armat: omnia obnubulat, serenat, et pro arbitratu rotat. In uestra damna suspiro, et stomachans uisa, et auditæ cū indignatione refero. Cum prima solis hora diem designasset, casula hac, quam uidetis, solus eggredior: cœlum speculor: nescius hâc, illâc discurro, incautè progrediens inter fructeta ephœbos, quos queritis, exâques offendì. Sollicitus amans quo ad potui, eggreditentे spiritū retinui: nomen, patriâ, et causam necis mihi

## CUPIDINIS DIALOGVS

mihi sciscitanti solus Catullus libera oratione : et in hunc, quem ad palum ligatum conspicitis, omnem cul pam retorquet. Stat animus hunc tribunitiae tradere potestati, quo poenas innocentis effusi sanguinis luat. Prehensa patrum destra, ad exitialis thalami locum duco : ubi charorum pignorum corpora cognouere: pectora pugnis, et facies unguibus percusserunt, dico nestaruntq;. Occisorem petunt, quo manes filiorum expient. Renuo, quandoquidem lege prohibetur, Neminem sui ipsius iudicem esse: stabat lictor. Me iubete capitur cupidus: uincitur, et ducitur, ut fama perlata est. Duxi Cupidinem iuuentutis corruptore, et occisorem, lasciuientisq; turbas dominum, et deum. Populus omnis ad optatum cōspectum effusus occurrit: inter lachrymas, et gemitus frementis populi, cōiectisq; in me toruis oculis tribunitiae sistitur potestati. Iubeo ego, qui puellum reum, et contortum præsentaram: causam dicere, et ad tribunos conuersus, inquam.

G R A E. Semper iustissimi tribuni, inuitus, dolensq; ad hoc dicendi munus accessi, ueritus, ne mihi facile contingere, quod supremo illius pectori contigisse tradit hystoria: qui cum luctuosam summi moxoris acerbitatem exprimere non posset: caput Agamenonis ueste inuoluit. Velabo faciem inquam, cum tanti fænoris casum digne significare nequeam. Tamen gratulor, quod in hoc tam acerbo, luctuosog; am phractu uobis tribunis fandi mihi copia obtigerit. Quando quidem iure, et merito integritati, et sum= me

## DE CRUCIATV ET EXILIO

me uestre amplitudini hæc resp. credita est. Hodie  
ô tribuni quicquid insanū, turpe, corruptū, uitiosum,  
detestabile, flagtiosūm; reperitur, pro uestra prudē  
tia extirpabitur, eradicabitūq;. Et que furore scle  
stissimi iuuenis damnata, corruptaq; sunt, uestra sapiē  
tia, auctoritate, & consilio rescindentur. Succenseat  
nūhi nemo ô ciues, si pro salute ciuitatis uerba fecero:  
quandoquidem nec uos aliter pro uestra bonitate in  
patriam facturos existimo. Hic ô tribuni, quem uide= =  
tis, uniuersæ urbis uestre pestis est funesta. Hic qui= =  
busdā uenenatis sagittulis suis totum inficit orbem: ne= =  
mini parcit, nemini fidus, nemini æquis. Quos dili= =  
gere simulat, odio intestino prosecutur. Rerum om= =  
num concupitor, & spretor est, homicida, sacrilegus,  
infamis, uerna, pauper, uagus, insolēs, callidus insidia= =  
tor ad malum, niue frigidior ad bonum, fronte pius,  
corde austerus, pollicitis diues, & re ipsa egentissi= =  
mus, mores corrumpit, religionem prophanat, regna  
euertit, urbes populatur, aliena dissipat, omnia inci= =  
nerat, ex libertate ad seruitutem homines cogit, incō= =  
cessa pro cōcessis suadet, ex grauibus leues, ex pudicis lubricos, ex bonis malos, ex religiosis prophanatos, ex diuitibus pauperes, ex nobilibus seruos, ex hu= =  
milibus asperos, & indomitos, ex deditissimis morosos  
facit. Hic ad cædē ô tribuni sēp anhelat: ad rapinas,  
ad scelera, & ad dolos semp̄ paratus est. Quis tā effe  
rus, q̄s tā humanitatis expers, qui casu inimici cōspe= =  
cto nō misereatur: Solus iste, si placatur, indignatur: si  
adoratur

## CUPIDINIS DIALOGVS

adoratur, induratur. Nemo tam sapiens, tamq; rerum  
humanarum expertus, qui puello ingrato morem ge-  
rere posset. Enim uero Cæsar omnium rerū, nisi iniu-  
riarum memor fuit: hic omnium, nisi beneficiorum  
memor est. Antiqua recēsete ô tribuni, annales reuol-  
uite, hystorias perlegite, fabulas digerite. Quicquid  
est cœli, et orbis, ingratī pueri artes, et dolos sen-  
tit. Postquam ô tribuni deorum munere id actū est, ut  
ciuitas præda sit, interfectoru manes, et aliorū iniu-  
rias suo expiate sanguine. O tribuni dolo huius ciui-  
tas denigrata est, et familia ad extremū doloris, et  
infamiae deducta. Si hunc superuiuere permiseritis, fa-  
cile uobis eueniet, quod Marco Ciceroni contigisse  
scriptū legimus: qui cum à furca hominem liberaasset,  
ab codē propediem interemptū fatetur hystoria. O  
quam crudele, ô quam insanū, et turpe est ingrato  
opitulari. Sæuiet hæc pestis in nos ô tribuni: per ci-  
uitatē, et familias debachabitur: filios uestrā armabit: ma-  
nus ad furtā, et homicidia: cōponet oculos ad impu-  
dica: linguā ad maledictā, et cōuitia: ornatū corpo-  
ris ad meretricia: et gressus ad inconcessa &cōmo-  
dabit. Horū flagitiorū et censor castigatissimus est.  
Dij boni, maior pietas est, scelestum, facinorosumq;  
hunc perdere, quam saluare. Dij immortales ex alto  
respicite, et rei huic tā honestæ fauete. Animaduerti-  
te q; scæua, quam crudelis, quam aspra, quamq; inau-  
dita suit hæc cædes. Iuuenes de se benemeritos, quos  
in ardore

## DE CRVCIATV ET EXILIO

in ardore coniunxerat: quo actu deceptos , captosq; mactauit, audite ô tribuni, tūq; ciuitas omnis. Ephoebi amantes , ardoris impatiētes cum domo excessissent, pœnitentia tacti ad redditum se accingebant . Lucina sancto proposito fauebat:puellus astutulus obstetricē falso queritans, faculam ardentem manu portans, dux itineris factus est:ad locum neās inuitos coēgit, & dū grauedinē quiete laxare: custos horti sures ratus, claua innocentes orco misit. Ridens puellus abscessit:Ego ipse terris luce reddita speculatum me concessi: uidi-en prostratos iuuenes:dues uestros, ô tribuni, humero impositos ad tuguriolū defero . Animulā iam uadētē reuoco,nomen, & causam rogo:omnia extrema uoce diſseruit Catullus:uix dicta exalauit. Misericordia tribuni,quod ipse potui, Edepol tribui. O malā puelli naturā Hannibal's crudelitatē superantē. ô amores super omnia uota infastos. Populus Ro. Syphacem regem mortuum urbi infensem publico funere extulit , mortēmq; honore sepulture honestauit. Hic amicos uiuos cruciat , mortuos infamiae damnat: omnia maligne cōfundit, & dissipat. En corpora uestra sanguine respersa, & ferarum ritu immolata . O tribuni: miseri patres quid siletis ? quid communes lacrymæ cessatis ? Hæc sunt puelli artes,hæc ingenia, hæc ludificationes. Dij immortales, ô tribuni quid sibi uult hæc tanta cunctatio, cuiibus nostris negabitur expiatio:quæ etiam hostibus iure negari nō potest. Hac modica expiatione res urbis conservabitis : & hostis pestiferi

## CUPIDINIS DIALOGVS

pestiferi potentiam præsentem, & futuram dissipabitis: & memores estote canem mortuum nō mordere: & si priuata commoda uobis nō tangunt, ciuitati uestræ saltem indulget: parentibus miserefcite: & cautele, ne uestra desidia exanimentur, dolore uirtutē superāte: & afflictæ animulæ exalentur. Delibera te ô tribuni, & hūc ad patibulum duci iubete. I lictor, manus colliga, laqueo caput suppone, & stringe. Mouerat orantis oratio tribunos, & mœrore cōsumptæ facies. Iubetur lictor puerum uinctum ad supplicium ducere, qui ad tribunos conuersus ait, Necessarium duxi sanctissimu tribuni, antequām ab hoc homine impio, tetricimoq; immoler pro mea apud uos accusacione uerba facere. Sed in hoc rerū amphractu, mortisq; angustijs mediussidius consolor me ipsum, quod in uestra rep. sic semper (ut audire audior) præfuisisti, ut præfuisse sentiant omnes iusti, & qui, & sancti cultores: & dum hic stabit animus: resp. uestra, quæ per maximè floruit, decidet, & arescet nunquam. Nō uereor hoc loci, & temporis pro uestra in deum, & rectū obseruantia (quanquām hospes) nemini uestrum hoc insulso, & maligno accusatore deterior uideri, haberiq;, qui pro uirili sua aliquid attentius nō excoxitat, quam uobis me infestū redi. Sed lōgē plus iustitia apud uestrā integritatem, quam passionati ani- mi stimulus poterit. Nolite tribuni de puello innocente aliquid temerē credere. Nec uos falsa accusatoris oratio, nec fictæ lachrymæ, nec incōcessa hypocrisis, nec

## DE CRVCIATV ET EXILIO

nec indebita uos affectio decipiatur : sed iustitia, quam  
semper pro more coluistis, uos , locumq; uestrum te-  
neat, possideatq;. A seculo ô tribuni non est auditum,  
quod in absentem, neq; in crimen minime fassum iudi-  
cia ferantur. Quid ergo sibi uult hæc noua religio?  
quis reus, & non uocatur? quis actor, & non legitia-  
matur ? Quis bonus est prætor , & non labanti iuri  
succurrit? quis iustus est, & non æqua lance omnia li-  
brat? qui nimiū præcipites, & sine lege feruntur ma-  
gistratus, haud digni censentur. Operæ premium est in  
rebus gerendis, quod uirum magistratus, & non ma-  
gistratum uir designet . Florius Romanus sua austro-  
ritate sanctam, regiamq; ciuitatem ad internitiē de-  
duxit. Si apud uos mactabitur puellus hospes , iubeat  
ciuitas egregium hoc facinus in tabula pictum, preto-  
rio apponi. Credite ô tribuni deos omnes in salutem  
hospitum uigilare, & astra innocentibus oppitulari.  
Ego pastoricus puellus ex montibus ueniens, puerilia  
membra calore intenso ardentia humo gramineo cre-  
didi. Faculam ardenter, cum sim Iesus, lumine gesto.  
Nudum, & pallantem, cum me fatear, per noctis tene-  
bras, siluestria, et frondes, qbus tegar, et celer, que-  
rito. Sagittulis, quo me à malis tuear, et pennulis, qui  
bus ad loca uitijs confecta fugiar, utor . Quis fur, et  
auarus , multa non conflat? ego Codro pauperior.  
Quis regna non potens dissipat? et ego nudus. Quis  
absens, et ignotus aliena corrumpit? et ego uestrum  
neminem noui . Quis fidem non obstrictam soluit?

Hæc

## C V P I D I N I S D I A L O G V S

Hæc tua figura ò accusator in animam innocentis  
pueri socratice uehementia retorques. Teneat ò tri-  
buni proprios poena auctores. Nón ne apud urbis pa-  
rentes periculo capit<sup>s</sup> cautum est muros urbis inue-  
titum transcendere. Quis docuit Remum transgredi?  
puellus ipse an eius cæca dominandi libido? Quis Le-  
andro nandi tribuit artem? puellus, an eius effra li-  
bido? Quis in parentes filios armauit? ego, an eorum  
uorax libido? Quis docuit Philida laqueo uitam fini-  
re? eius libido. Quis docuit Medeam in fratre, et ei-  
us donum sœuire? non puellus, sed edax libido. Quis  
Ledam tanto regno excedere coëgit? eius libido. Quis  
mugientem adulterum amare docuit? quis Iouem no-  
uas formas assumere fecit? Quis magnum Alcidem ad  
muliebria effœminauit? non puellus, sed uasta libido.  
Quis excordem Salomonem reddidit? quis genus hu-  
manum in primo parente prophanauit? non ego, sed  
cæca libido. Quis uos in scelestos, ueritatosq; conaui-  
tus urget? egó ne, an superans libido. Quis hos ue-  
stros desideratos ephebos ex urbe excedere coëgit?  
Quis pomœrium docuit? quis custodemarmauit? egó  
ne? Non est ò tribuni, quod de me iuste queratur ne-  
mo, sed de se ipso. Tardum consilium: inconsiderata  
meditatio: præœps appetitus: abiecta ratic: inconsulta  
circumspectio: et nimium in malum prompta uoluntas.  
Hæc sunt, de quibus ò tribuni queri potestis. Habetis  
quod insaniæ: quod petulantiae, et uessaniæ imperfectio-  
rum iure ascribere debetis. Vix mihi misero loqui lia-

B quet.

## DE CRVCIAT V ET EXILIO

quet, uix uita mea innocens à carnifice libera fuit.  
Parcite ô tribuni puello, parcite innocentie, et atatis  
rationem habete: si in hoc genere deliqui, obtruncatum  
me canibus, et inhumatum relinquite, et iam iam in  
confinio mortis existentem uitam qua placet poena,  
animaduertite. Si deliqui, haec uitalia membra per re-  
gna tartarea ducat sine requie Charon, neget Proser-  
pina lucem, et errans spiritus poena eterna plectatur:  
me exigitent manes, et crediti ignes crucient, nec mi-  
sero unquam pia succurrat manus. Audite ô tribuni,  
quis crederet Vlixem dolo, et Aeacida bello à Ter-  
site superatos? Occidi ne me potentes? fefelli calli-  
diores? decepi sapientes? Amantes omnia norunt,  
et callent: et flens puellus finem dictis imposuit. De-  
muldere Cupidinis uerba tribunos, differtur hæc tanta  
moles, quoad ciuitas senatus cōsulto aliud determinet.  
Fremebat populus, in diuersa uota scissus. Sum uisus  
uidere filios Astrai in Iouem conspiratos, furijs om-  
nia concutere. Flos iuuentutis gregatim cupidinem sō  
lubbat, bonoq; eum animo esse iubet. Virgineus, ma-  
tronatusque ordo agminatim iudicium tolli clamat.  
Hincinde cateruatim multi prodibant, Cupidinis lau-  
des recensentes. Tribuni, quo tumultuantem ciuitatem  
sedarent, bonam sibi esse mentem de puello nunciant.  
Abire, et plaudere omnes iubet. Seniores, flegmatici,  
debiles, transformati, et hypocritæ futurum incendiū  
rati, necemq; puello meditati, auri pondo custodem  
Cupidinis in sua uota traxerunt; et noctis uincitā per  
posticum

## CUPIDINIS DIALOGVS

posticum fune clanculum dimiserunt. Ciuitatis custos, qui stationes uigilum per noctando circuibat, hos telo, clypeo, & uoce adortus est, inquiens, O uos tandem arma ponit: nomen edite: & tribunitiae parete potestati. Fit murmur, in coronam cōglobati exiliter resistunt, abire custodem rogant, renuit: dolo s ratus, clamat hostem muros habere: profiliūt ex stationibus milites: terga dantur: arma proiectūt: aximi pudore cōsternati, saluti fuga consulunt: currentes pectora peitoribus percutiebant: alij capita muro collidebant: alij cruribus trabes offendebant: ciuitas clamoribus conflagrabat, gemitis ardebat: suspiria ueluti Iouis fulgura excipiebantur, ruunt ex domibus omnes. Videbar uidere equum Troianum, partum malignum effundere. Nescia turba ad forum se conferebat tribunorum iussa aspectans. Interēa tribuni lictoribus, & fascibus constipati, ex arce, quæ urbi dominatur, descendunt, reuinctūmq; Cupidinem, puluere respersum, pugno, & calce perunctum, atro carceri custodiēdum, obseruandūmq; designant: publiceque edicitur: uitam Cupidinis ferro decernendam: et quæ pars superior erit, eius iudicium uitæ, & necis esto. Interēa quæ prima Cupidinis incendia senserant uirgines ad uota amantum expositæ, oculis, manibus complicatis, nutibus, lachrymis salutem puello orabant, quarum cora igne coeco aestuabant. Matres, omnesq; familie pie, suadebant piaculū puelli haud Ioui gratū fore. Quæ furtiuo, inconcessōq; igne adurebantur, per phana di-

B ij scurrebant

## DE CRVCIATV ET EXILIO

scurrebant, flamines deprecantes, ne urbs innoxio pollueretur sanguine. Lasciuia iuuentus armis, & clā more signum dabat in id, quod tam anxiē petebatur: huic flores, munuscula, & tabellæ dabantur, remittēbantūq;. Vnaquæq; domus feneſtella longè plures, & pernicioſiores ſcorpionarios habebat, quam rex Parthus. Omnes sagittulis armati incēdebat. Vulnera dabant, recipiebāntq;. Quante populo Cupidinis, lætatur, potatur, saltaturq;. Intereā miles, qui nocturnos fures turbarat: ad iuuenes toruo cenuerſus ſuperclīo ait, Quid aliena laſciuientes ſurripitis, quaſi ueſtro munere uiuat, qui hac dextra feruatus eſt: Ara mat ira manus, & indignatio animos. In cōtraria uota facta iuuentus, Cupidinem homicidam, & matrem detestatur. Mori hūc faenorosum publicē debere nūc aiat. Timidule puellæ à feneſtris fe retrahunt: domus ſecreta petunt, lachrymis abortis: pectora pulsant: aterratas comas laniant: iuueni male constanti fidendum minimē censent: tribuni ſenatum in arcem cogunt: cōſilium reponunt, iurgia mulitis repetunt: magiftrum equitum accersunt, & iubent singulari certamine experiri, cuius ſit cupidinis uita futura, militis, an ciuis. Operæ preciū eſt uiros diligere, qui hoc armis, & uitæ certent. Placuit tribunorum iudicium: & ſenatus decreto delecti ſunt ſex ciues, Tideus, Tibullus, Catulus Paris, Cynthius, & Patroclus: qui Cupidinē perderent. Magiſter, equitum pares dixit Scipionem, Hannibalem, Pyrrhum, Demetriū, Antigonum, & Diomedem

## C V P I D I N I S   D I A L O G V S

dem. Postridie electi ad certamen conuenere paribus  
armis, et animis. Nec similes heros sensit. Laume=don, no Colchos, no Cyrus, neq; Darius. No aliter sur=gebant in armis heroës, quam Iuppiter in throno, et Phœbus in curru. Sub oculis omnium sura aurea e=rigitur: dicitur puerus uinctus manibus, candida ue=ste: sparsa aureo capillo, hoc armé cantans, Qui cœlū domuit, opem orat. Forte omnes in speculis: omnis sta=bat matronatus: uirgineusq; chorus omnésq; inuenes extremam cupidinis fortem miserantes, et pectora pal=mulis pulsantes clamabant, Heu heu mala, et in foeli=cia tempora: heu sæculum leuitatis, et stultitiae ple=num. Humanitati, neque uirtuti locus, sed impietati, et uitio. Exulant ab urbe publico ædicto, omnes uirtutis zelatores: in predo sunt flagitosi, et malitiæ: conculta=tur, deperditur, et è terra leuatur innocens puerus. Mulierū una cōuersa ait. Quid ô meæ cōmilitones a=gimus? quæ mens? Quis animus nobis: Haud nobis sine cupidine uiuendū est. Laerter filij absentia semper ru=sticatum legimus. Et Achillem post cæsum Patroclū uitam aspernatiū. Longè melius, et laudabilius est ui=tā sine amicis, et natis, q; sine cupidine ducere. Hic cæcos illuminat: amentes ad mentem restituit: debilibus fortitudinem præstat: discolis disciplinam: rudibus mo=res: egentibus diuicias: pallantibus regna tribuit: me=ritò omnis ætas ei debetur. Quis uiuens, et sine cu=pidine est? cum eo ô commilitones mee operamus: Marti gradiuo, Veneriq; matri uota persoluamur:

B iij fidemque

## DE CRVCIATV ET EXILIO

fidemq; astringamus nostrā. Quod si miles uictor euā serit, medio cū sinu amplectamur, foueamusq;. Dolor iste ad insaniā, ad laqueū, ad necem, & ad infernū me impellit, cogitq;. Eamus intrepidē, & cum eo moriēte moriamur: & uitā uiuente uiuamus. In hunc modum parentante matronatu cupidini, phalerati, cristatique procedebant sonipedes, auribus, & pedibus bella ciētes. Alius serpentem, Leonem alter se gerebat. Cristatæ galeæ, aurea scuta, uestes talares auro, & serico orientali contextæ, omnia uallabant. Qui fauori Cupidinis erant, albo serico: qui neci, coeco uestiebātur. Firmato rerum ordine quisque in stationem suā se recipit. Dato signo certaminis: miles, & ciuiis arma fulgia capiunt. Clypeati procedūt, equos calcaribus urgentes: nec minore impetu ad certamen gradiebantur, ac si de uita uniuscuiusque ageretur. Ad primū congressum fractæ hastæ, diruptæ galeæ, & humeri incimes apparuere. Inferior Scipio iudicatus est. Rorabant muliebres ocelli, ac si omnis familiæ exitum spe etassent. Mœsta ora tenebant omnia. Flens puellus ad primū scale gradū religatur. Secundus congressus perfuit. Firmatur, aliquantis per amantum, animus. In tertio congressu miles lancea transfixus, equo concedit. Ascende ô Cupido inquit lictor, te supplicium manet. Hasta firmissima, equo potente, manu robusta, effero animo ruit in Catullum Pyrrhus: quem equo deiecit ita collisit: ut pōdere ictus animam efflarit. Omnia leticie, & gaudijs plena personabant. Descende acclamat

## CUPIDINIS DIALOGVS

matur ô Cupido,tibi iure debetur salus. Hinc amor,  
hinc ira pugnantes armat. In Demetrium fertur Pa-  
ris:cuius palmulam tam acriter transfixit:ut dolore  
uirtutem superante, certamine excesserit. Renouatur  
dolor:iam medium scale tenente Cupidine fit ciuis su-  
perbus, & niles excandens.Cynthius militari uafro-  
que astu usus,in modum arcus lanceam flexit: & in-  
ter galeam , & scutum Antigoni ita letaliter firmauit,  
quod uita excedere coactus sit. Iam clanculum mili-  
tem stationarium subornauerat dolus muliebris: ut in  
ciues omnes gladius stringeretur : prædæq; militaris  
omnia fierent. Armatur,clamatur,irruiturq;. Summū  
scale possidebat Cupido:funèque ad lignum circum-  
ducto nil aliud,quam feralis exitus aspectabatur.Spes  
omnis aberat:ferro militari salus Cupidinis acquirē-  
da erat. Ad cædem utrinque curritur : tribuni pa-  
ci & tranquillitatē canere iubent: et si quisquam gla-  
diū eduxerit,piaculū esto. Ultima spes amantum in  
Diomede reseruabatur, qui cùm paucula ad Venerā  
orasset,clypeo rectus,stricta lacea,caput Patrocli ter-  
ræ transfixit , et spiritum orco immisit.In tanto cer-  
tamine Mars dubius, nec certa uictoria. Statur ; clas-  
matur, et ambigitur . Meus esto exultans clamat nū-  
les : meus erit minitans clamat ciuis . Senatus decre-  
to , r̄es ad arbitros delata est , qui duos dixerunt,  
Flaminem Louis, et Hypocritam quendā. Soluitur Cu-  
pido,duatur, et ad iudicium sifstur : precibus pul-  
santrū; oratione flectuntur : pecunia corrumpuntur:

B iiiij passionibus

## DE CRVCIATV ET EXILIO

passionibus iactantur, agitanturque. Caput Calidonij  
Apri ante oculos ponitur: iudicium Paridis memoratur.  
Hinc populi metus: hinc arma militaria: hinc lachry-  
me muliebres, & iacula ignita. In tanto rerum di-  
scrimine senatum rogo: datur, admittor, et in haec uer-  
ba locutus sum. GRAE. Plato ille diuinus ô tri-  
buni, & uos omnes, qui adessis, longè deteriorem, qui  
uoluptatibus superatur, quam qui doloribus frangitur,  
dicebat. Enim uero Alcides uitam suam doloribus, quam  
uoluptate obire maluit. Haec ciuitates dissipat, uiros ef-  
femunat, ingenia cofundit, et obtenebrat. Dicere sole-  
bat Scipio, longè maius periculum esse ab circumfusis  
undique uoluptatibus, quam ab omnibus mundi ar-  
matis militibus. Liberare ô tribuni ciuitatem hac pe-  
ste, ex dum uestrae facultatis est, hoc incendium extin-  
guite. Hoc loci pietatis opus est uideri. Nudatum est  
Achiuis post diruptum, excisumque superbum ilium,  
fore Astianarem puerū, si superuueret, suam patriam  
ulturum. Credit Graeca, & inuentum puerum turri  
præcipitauit. Si uati credidisset Priamus edito in lu-  
ce Alexandro, staret Troia. Credite tribuni, nisi huc  
uita priuetis, semper uobis, et urbi uestrae exitio erit:  
& quod ultimo Assyriorum regi contigit, uobis faci-  
lē eueniet. Ad uindictam (ut uidetis) ciuitas anhelat:  
qua moribus & uirtuti studet. Miles, qui licentiae at-  
tendit, ad hunc fauorosum conseruandum, progen-  
dumque nititur. Longè enim deterius uobis (nisi pru-  
dentes fueritis) quam Sabinis eueniet. Estote circun-  
specti;

## CUPIDINIS DIALOGVS

specti: uno uerbo, uno iictu omnes saluos facitis. Si hunc illæsum, custoditumque dimittis, mores prophanatis, & uos metipso cupiditatū captiuos facitis. Apud uos ô tribuni disceptari uideo, qua animaduersione ple-  
ctendus sit flagitosus iste. Si memoria nō excidit, apud uos optima inoleuit religio, ut cruci fures affigan-  
tur: falsarij igne concrementur: & proditores equo-  
rum cauda membratim discerpantur: et facinorosorū  
cineres, ne terra polluatur, uento projiciuntur. Et hic  
est fur, famosus, falsarius, proditor, et facinorosus. Nul-  
lum genust tormentorum tam exquisitum est: quod ad  
hunc dignè placentum sufficeret. Agite in hunc fa-  
cinorosum omnes, qui iustitiam colitis. Vix dicta, quā-  
do alter ædito suspirio, et oculis ad cœlum leuatis sic  
ait, Patres nostri ô tribuni, uosque astantes: qui  
urbes cōdidcre, legibus eas honestarunt: quibus uitam  
politican uiuimus: et in primis mandauere deū colii:  
iustitiam sectari: et hospites uenerari, ut ciuitas bene se  
haberet. Videte ô tribuni: et uos, apud quos iudicium  
delatū est: si hūc immolatis, in omnibus, patribus, legi-  
bus, et institutis aduersemini. Hic puer pro deo coli-  
tur: et temeritatis humanae est, uelle deum iudicare:  
iustitiam offenditis, cum minimè iudices sitis: iura ho-  
spitiū uiolatis, cum quid inhumanū facitis, et parum  
cōsiderati. Audite ô iudices, lege & gyptia scriptū legi-  
tur, ut si quispiam hospiti fauori dum posset, nō esset,  
capitis reus censeretur. Et falso quempiam accusans  
pœnam accusati subire iubetur. Credite iudices deos  
haec

## DE CRVCIATV ET EXILIO

hæc crudeliter ulcisci. Quanti sint hospicia facienda,  
apud præconem euāgelicum Matthæum legite. Quæ  
gens nūsi Thrax hospitū rationē non habet? Et uos ô  
iudices, cùm Romani sitis, crudelitate uos Thraces  
fatemini, si hæc feceritis. Laomedon cùm hospitibus  
impedimento fuisse, uita, et regno priuatus est. Paris  
cùm Græcorum hospicia uiolasset, ad extremos cine-  
res cum patria deductus est. Et qui angelos hospites  
de honestare enixi sunt, acri pœna dominū affecisse  
sacra hystoria cautum est. Nō tulit Campanus hospes  
Hannibabem inter mensas, & pulásque de medio tolli:  
ne uis hospitiij per eum uiolata relinqueretur. Vide  
ô iudices, ne culpa uestra urbs hæc desoletur. Puellus  
peccati nescius, quia faculam portauit, expiabitur? Si  
hunc ultima pœna persequi animus est, quid faciēdū  
existimatis raptoribus his, qui muros ciuitatis noctu:  
adorti contra urbis statuta sunt transgressi? In hos  
seniendum, animaduertendūq; est. Parcite ætati,  
parcite innocētiæ, parcite ciuitati, et uobis ipsis, ma-  
nusque uestras hoc tam innocētissimo sanguine noli-  
te polluere. Ciuitas hæc non uirtutis, nō iustitiae amore:  
sed militari odio accensa neci huic immerito studet.  
Enim uero diuinus est noxiūm absoluere, quam inno-  
centem damnare. Voluit orbis conditor, si memoria  
tenetis, urbes peccato pessimo obrutas pro paucis in-  
nocentibus saluare: et uos pro uno malo, patiemini  
innocentem perire. Vos uos ô tribuni poeniteat, hunc  
hospitem uerbis placate, culpā in accusatore refun-  
dite

## C V P I D I N I S   D I A L O G V S

dite , muneribus condonatum abire iubete , populum  
hunc soluite , contionem dimitte . Hi tumultus , & ar-  
ma , quæ uidetis , in capita uestra ò tribuni sœuiunt ,  
Si tumultibus , & congregationibus parsum fuisset ,  
staret Roma . Stat atrox miles , & populus fremens .  
Video hanc uestram urbem funditus interituram , si  
aliter , quam dictum sit , feceritis . dixi . Imbelles tribu-  
nos timor inuasit , et populum precibus pulsatum di-  
misit : dixeréque omnia propediē exactissime curatu-  
ros . Iudiciū Cupidinis ex arbitris ad tribunos (popu-  
lo iubente ) delatū est ; quod in hac uerba pronunciatiū  
est , Cupidinem iuuentutis corruptore exilio animad-  
uerti placet : & si unquam ad nostra reuenerit limi-  
na : mors pœna esto . Iubente tribunitia potestate , urbe  
pellitur . Nec mora , ut terga dedit , lachrymæ , et gemi-  
tus cepere omnes ; postridie demissi uultus turbulē ta-  
loquebantur : moesta corda non nisi amara cogitabāt ,  
pronunciabantque . Vnusquisque toruo se aspiciobat  
uultu . Curis suspensum ut me uidit amicus , hospes in-  
quit , Quid sibi uult habitus sordidulus ? quid macies ?  
quid dimissa facies ? oculus lachrymarū prægnans ? ca-  
pillus immundus ? barba peruncta ? dētes spurcissimis  
os fætidū ? lingua sordida ? palatū corruptū ? omniāq;  
membra foetorem sapiēta ? Ad quem ipse , Viuens mo-  
rior . L A . Exultans expulisti , gemens patere , alte-  
rius ultor factus te ipsum perdidisti , exanimastique .  
Enim uero melior est , libera seruitus , quam amara li-  
bertas . Imbecillis ingenij natura comparatum est , ut  
salutaria

## DE CRVCIATV ET EXILIO

salutaria quæq; aspernatur, et officiosa precio emā-  
tur. Non est, quod iuste queraris, quod crucieris, affli-  
cteris, rumparisque Nemo dignè eorum fit auctor: &  
refreshens. Quæ uoluisti, patere: in tua præcordia  
ferrū uertiſti. Satius fuit aliquando angustari, quam  
semper torqucri: & si aliquādo amantes agitamur,  
letamur utique. Bellum cum puello ratus nihil exte-  
nuisti. Succurrere debuit potentem Goliā puellū pasto-  
ricā hebreū, & seuuin Hannibalē Romanos fugas-  
se strauisseque. Nō corpus, sed uirtutem cōmensurari  
decet: ad pauca attendens plura, quam expediat, di-  
xisti, fecisti que. In memor illius, quod dici solet, omnia  
tempus habere, et nullum tam fractum canistrū, cuius  
opera pro tempore nō prospicit. Medicinā aspernaris,  
& cupis sanus fieri. Si peregrinatum iri per amoris  
plagas animo statuisses, furori tuo pepercisses, intelle-  
xisseque que ad usum amantium conducant. Hec hu-  
manū est ingenij unica beatitudo, præsentia tueri, præ-  
terita obseruare, & futura sagaci cōsideratione præ-  
uidere. Quis tam sapiens, tamue circunspectus, po-  
tensque, quem amor non frangat? poculum Circes bi-  
bit Ulixes socius, & immutatus est: Stellam diuinus  
Plato: Alexim Orpheus, Mātuanus clamātes de pereunt:  
Cynthiam Propertius, Corinnam Sulmonensis: Deliā  
Tibullus: Daphnem Phœbus ardēt: ne c desperatum  
legimus. Nemo uirtuti sue tam fidens unquam fuit,  
qui magnitudine numinis territus colla nō summittat.  
Nimium es ausus: nimium sauisi: nimium elate pro-  
cessisti

## C V P I D I N I S D I A L O G V S

cessisti. Hæc est illorū conditio, qui pro suo arbitratu, quò se malus fert impetus, duantur. Nec aliorum doctrina, nec exemplis unquam resipiscunt. Qui audētiores uideri uolunt supra id, quod ratio, locus, & tempus expostulant: haud fœlicem uitam uiuunt: sed longè miseriores Herictonē, & infeliciores Ixione se reddūt, aliquid sibi feralis semper metuentes. Si sapist te ipsum collige. Nō est tam graue, pestiferūmque uulnus, cui prudens medicina non oppituletur. Bonus est puer, faculā portat, ut errantes illuminet: sagittis utiatur: ut de se benemeritos tueatur . G R A E. Me miserum, temere, & meo uulnere concidi. Non Iouis fulmina: non decorum irae: non terræ hiatus: non baratri crediti ignes ad me plectendum sufficienterent. Qui primi louem bello adoriri nitebantur, cum semine suo interiere: & decum munus reuerenter suscipiens Licet on, in lupum cōuersus, pœnas temeritatis luit. Longe his seuiora ausus sum. Grauis erat cura, qua adurebar: Sed longè grauius incendium, quod corde gero.

I A. Imbecillis animū est, cura carere. Nemini, nisi ocioso, & desidi debet esse. occurrentis temporis sollicitudo onerosa. Repone (ut uiuas) illam, quam amari tu dinem uocas. Nam sepiuscule resculis dulciolis respiran tem inuenies. Et si aliquando lamentis ciulat, in mediocrē semper partem fertur, nec iurgio, neque bacio rumpitur puer: qui semp̄ misericordi didicit. Hæc rerum mutabilitas sapienti ferenda est. Enim uero ex rerum diuersitate, prudentis uiri firmatur animus, &

ad per-

## DE CRVCIATV ET EXILIO

ad perficiendum hominem utilis est. Nam haec sunt  
dei uiuentis munera, ut letemur, angustiemurq;. Haec  
sentiens Matuanus dicere solebat, Forsan et haec o=lim  
meminisse iuuabit. Cæsar cum pronunciasset, iacta  
esse aleam, supra uotum, et spem, perpetuus dictator  
creatus est: et Demetrius fortuna fractus ad meliore  
postea aspirauit. Haec est humanarum rerum condi=ti=on=, ut stabile, firmumque nihil, neque tam debile fra=ctumque reperiatur, quod firmari, et frangi non pos=fit. Nihil hac mutabilitate prestantius, nihil uiro pe=nè diuino accommodatius reperiri potest. Nisi agita=remur biformis fortunæ iaculis ignitis, sœlicitaremur  
nunq;. Hinc in altum erigimur, et supra nos eleua=mur: intellectu firmamur, pascimurq;. Quod digestum  
est, rursus incipit: incepta finiunt, et finita reuiui=scunt: alta imus, ima altis miscentur, cōfundunturq;. Et  
qui ratione mouentur, haec non curant. Coelum, terra,  
et mare fluctuantq; concurrentibus concutiuntur,  
lumina patiuntur: deinde ad cōcordiam omnia re=ducuntur. Idem qui fulminat, et pro arbitratu sere=nat: nulla fortuna (qualiscunque) perpetua est. Vides  
laudatum, decantatumq; Vlixem, conitem semper ha=buisse prudentiam. Huic si adhæseris, omnia secunda  
succedenz. G R A E. Quid consiliij amice affers?  
**L A T I N.** Ut iuuas. G R A E. Dixi spiritu. L A.  
Qui sine spiritu agunt, haud iuuunt, et minime cru=ciantur in malis. Nec ut uidere videor, plures ge=nios nutris, in salutaribus uero nemine. Si sapi, huius  
loci

## C V P I D I N I S D I A L O G V S

loci curis sequestratus uitā uiue. GR AE. More physico, febricnti contraria suades. Quid tuguriolum cum turba? quid affluentia cum inedia? quid gaudium cum tristitia? quid mœror cum risu commune habent? Hæc uia, quam summopere cōmemoras, quid mihi emolumenti afferre potest? Nimium contra me impias manus obarmauit Cupido, qui postrema lascivia, furore uesano, ira, ardore zelotipia uiscera mea depascitur: et nisi me ad gratiā restitutum sensero, haud uiuam. L A. Vide, ne nimium curiosa intēperantia utaris, et quem placare studes, exasperes. Calisthenem philosophum spiritu carere iussit Alexander Macedo, cum ipsum inuictū ad macedonicos mores reuocare cōtenderet. Tolerātia, munere, moribus, et tēpore, exasperans nimis placatur ira. Aulide remorata classem breuis expiatio soluit. Audi poëtam diuinum sic differentem, Sunt faciles superi, precibus flectantur.

Et idem,

Sacrorum nidore pio placantur, et ipsis

Nimirum uotis hominum: quæ si quis in illos

Errarit, ueniam rogitans concepit in aris.

Enim uero priuatis, et publicis: uiuentibus, et mortuis sacrificia, et Telete purgationē, et salutē afferrunt. GR AE. Nō philosophorū patiētia, et equanumitásq; non Hæbreorum holocausta, non Atheniensium mores, non anni solares, non quod Roma, non quod Carthago, quod Mida, Crœsus, et Cyrus aurū possederunt

## DE CRVCIATV ET EXILIO

derunt in me a uota irati dei iram flecterent. L A.  
Mi hospes. Quæ tanta est indignationis causa? Men-  
tem te obseruanti aperi. G R AE. Amice si de-  
lectabilia mentem adiuuant, delectantq; tristia exul-  
cerant, & excedunt. Nam isthæc remoratio uulnera  
reuocabit: non me urgeas, precor. L A. Hospes,  
quod digestum est, facilius emittitur. Sinas precor  
te amari: uirum nactus es, cum quo gaudere, & tri-  
stari licet. Dicito quæ tantarum eruminarum causa.  
G R AE. Amice, epistolium amoris scriptitatum  
cum suauio meo missem, in quo meos decantabā ar-  
dores: & nocturnam pro more uenereum collectatio-  
nem rogabā, uernæ inopia mentis laboranti, sed aliter  
fideli, obsignandum comendaui. Id, quo funditus peri-  
rem: Verna amisit, quod ad manus iuuensis peruenit:  
qui illico per subornatam mulierculam lēnam meo  
nomine reddi iussit, nec discessit, quo ad rogata & scri-  
pta impetravit. adulter noctis horam obseruans, ho-  
ustum pulsat, signum amatore nunciante. Nimium ar-  
dentem adulterum hospitio, thoro, et amplexu mulier  
excipit. Domum suam tardiusculè, quam scriptum  
fuerat, peto: clausas fores cōperio: sinistri aliquid ac-  
cidisse ratus recedo: scala humeris imposita redeo:  
fenestras pessulatas sentio: gemens, & eiulans corpus  
lassum firmo: pudicitiam mulieris laudo: tarditatem  
accuso: alienos amores metuo: insidias formido: interce-  
ptas literas suspicor: igne domum adoriri placet: irā  
uinco: ferocitatem mentis depono: mali impero, adulor  
& irascor

## C V P I D I N I S   D I A L O G V S

¶ irascor. Dum animus ad diuersa fertur, ad domum propriam me recipio, uernam accerso, et interrogos, cui epistolium consignasset meum. Miser abortis lachrymis amissum ingenuem fatetur. Per caput uagatus ensis, uita cum priuauit. Vias, et angportus lustro, ad locum lachrymarum reuenio: iam Phoebus inter aureos fratris sinus, cornua pallēs recondebat. Quādo dulciolo Glycerij meae amplexu expeditum adulterum per posticum exire cerno, me ipsum sum uisus uidere. Nam tali habitu, et incessu gradiebatur simulatus ganeo; formam assumpserat me am: simulacrum ratus faciem contraxi, amens restiti, dolore, et timore concitus, quanto citius potui, ferrum per ilia dimisi, nec mora, animam efflauit miser. Acutiore uisu manūq; sagaci hunc speculor, epistolium in manu repetio: dolos muliebres commentatus, aliquid dicturus dissimulans, domum suam irrepo: descendit, ut dicta libens auscultaret, causam tam subiti reditus anxiam rogat: sedens ipse contremisco, aduror, palleo, uerba imperfecta pronuncio. Admiratio Glycerium cepit, quæ genibus aduoluta meis, uerbo, et osculo solabatur, secretiq; mei participem fieri exorabat. Et quo me in risum adduceret, nocturnæ colluctationis omnia singulariter recēsebat, et dixit, Labia mulies cōfaniati, meum ( quo ad uixero ) representabunt amorem, dulces amplexus te haud immutare debuerant. Dulce meum amabò solare, et plaudere precor. Ipse ego ut Priami coniunx, efferatus auream eius comam

C manu

## DE CRVCIATV ET EXILIO

manu apprehensans , acephalatam humo reliqui.  
Truncum illum ut conspexi , irriguere come , caliga=uit uisus, & corpus exangue, ut cerius uulnere confoatus ad antrum se recepit, quo doloris imanitatem aliquantisper sedaret . Principio quietis sensi uagan-tem umbram, quæ diceret, Grecule dij te , ut Tanta-  
lum foelicent, pœnâsq; luens serò me uisurus es. Mi-  
nime uoce exterritus, quis sit, interrogó. Tue Glycerij  
Genius sum inquit. G R AE. Quid affers inq? Glyce-  
riū, Quod optasti, amare, & sonū, hostes semper habe-  
to: & ubi ædita uita remeaueris , genius te possideat  
maus: & sic eat quicunq; ingratas uices rependit.  
Expergefactus, cœlum , terrā, & fatū detestor, ma-  
nes gloriofos uocito , et sicut umbrā nocantis numinis  
instinctū sequor, et pauētis anime dolorē sentiēs, mor-  
te exoro, quæ sola solatiū prestare potest:nec uiuēs,  
nec moriēs hanc uitā duco . L A. O nimū inconsulta  
amatis, immo furentis rabies. Quis docuit Veneris fur-  
ta, & quæ sub lodi ce aguntur, epistolio mādare? Quis  
docuit quæ noctu, & sine arbitris gerūtur, reserare?  
Cùm de arcano Metellus interrogaretur, respondisse,  
fertur, Si scirem tunicam mei secreti consciām esse, ip-  
sam cremarem. Enim uero plures lingua, quam gla-  
dius uita, & honore priuauit . Quid dulciss? quid  
suauiss? quid diuiniss amanti contingere potest, quam  
corām gesta, & amores referre ? Nam confabulatum  
iri, coeleste munus est. Dulciola uerbula ipsam Vene-  
rem iā collapsam adiuuant, iuuēnē occidisti, quem nō  
obstricta

## C V P I D I N I S   D I A L O G V S

obstricta fides, sed tua ignavia, loci opportunitas, et mulieris forma adulterū fecere. Artē cū calleret, te docuit. Multū ei debes, qui te solertē reddidit. Cæsar cū de pellicatu Pompeiæ, déque turbatis ceremonijs Clodium accusare posset, renuit, tacuitque, satius ducens ab uxore diuortere, quam iuuenem amoris astutiam perire. Adulter, quem occidisti, quo inconcessam, inexplicabilemque satiaret libidinem, multa noctis pericula, et incommoda obiuit. Mulieri, et familiæ ignorantem temere se credidit. Facile ei contingere potuisset, quod Tarquinio Lucretiæ stupratori euenisse scribit hystoria. Petulantia, et ætati quibus nimium fauet Venus, indulgendum fuit. Ad penè mortuam accessit Gæneus, falsus, adulter, homo incompositus, temeritatis, et licentiae plenus. Sed quid non lasciuia, despumansque libido? Sed cor amoris astutans in uerum amorem nos conglutinat: noctu mulierem dolo oppressit. Nihil interest, ac si in somnis cognouisset. Paulinam Mundi Romanus cum cognouisset sub specie Anubis, dei auxilio à Cæsare mulctatus est, et maiorem poenam uehenientia amoris excusat, nec à uiro propterea repudiata est. Longè plus potest lachrymula, gemitus, suspirium, uerbulum, uox, nuncius, et munusculum, quam omnis furtiva uoluptas. Quod Ganymedem Iupiter rapuit, uirtuti non datur, sed quod ultro exhibetur, miris laudibus effertur. Nam labore, et ingenuo farta, generi, et ætati cariora, et stabiliora sunt: furto sublata, facile labuntur. Hunc pro tua dignitate

C ij illæsum

## DE CRVCIAT V ET EXILIO

illecum abire si iussiss es,Cæsare maior eras,qui Sexatum ad Pontificatum adhelandem , & in eius necem meditatum,muneribus cōdonatum à se dimisit. Tuā Glycerium,quam unicē amabas,saluare debuisti. Nā bello decennali repetitam , & stupratam recepit, et magnifecit Menelaus . Et Sabini raptas suās,sanguine, & dolo repecebant:qua pecata, quæ animi cōsenſuarent,haud criminī dantur. Lucretiam ui adortā, et uiolatam,ut superuueret,magno labore , & amplexibus, & lachrymis pater , & coniūnx orarunt. Et hanc tua culpa cognitā de medio sustulisti. Enim uero Pyrrhum Epyrrhotarum regem imitatus es , quem in acquirendo maximē , in conseruando uero aptum minime suisse scribunt. Nam cōsummati in genij plus est conseruare , quam acquirere. Vernā mentis inopim perdidisti , cum diuini sit animi potius affectum,quam effectum pensitare,in quo quidem genere Parthorum reges maximē efferuntur . Et quō omni te flagitorū genere obrueres , Cupidinē exilio plebētendum curasti. Quis sapiens,compositusque , qui in superos excandescat ? Mezentium deorum contempnorem poenas meritas luisse apud Maronem causatum,scriptūmque legitur . Et hæc idem Achillem in Apollinem , & Fluvium imprecatum tradit Homerus: Propterea deorum ira in facello turpiter occubuisse fertur. Quis deorum preter Cupidinem cœlum,terrā, & omnia domat, & uincit ? Quis efferrum, sœuūmque peccus Elissæ preter Cupidinem domuissest?

## CUPIDINIS DIALOGVS

nuisset? Qui si absuisset, haud staret Roma. Quis Argonautas seruare potuisset? Quis Theseum ex Creta adduxisset? Quis ad Orchum uisendum, lustrandumque fidos socios armasset, animassetque? Quis carmen canere docuissest? Quis turbatum, indigestumque uultum illius prioris orbis ad formam utilem compositam, ornatamque redegisset? Solus iste, cui omnia debent. Quicquid excogitari, dici, aut scribi potest, amorem sensit. Et tu nimium audax, quò te perpetuo mœrore conficeres, urbe expulisti. G R AE. Intimus timor ita spem ademit, ut nunquam deos ignoturos putem. Et quotiens acerba memoria meæ Glycerij occurrit, ita me dies, et noctes agitat, cruciatque, ut si cœlesti munere daretur, nil aliud quam oppetere mihi exoptarem. Sed postquam fato id datum est, interiora uultures exedant, nec poena deficiat, quo ad misertus Charon me miserum, infelicemque, quò libuerit, traiicit. L A. Mi hōspes si tibi ipse non defueris, haud diuinam mansuetudinem minimè defuturam arbitror. Enim uero uiro prouido deus bonus est rector: insipido uero libido, desperatio, et ruina. Si fieri potest tui compos factus et gro animo solatia perquire. Cogor et ipse in curas tuas: et nisi scirem nimium audax uideri, et esse consilium meum, de prouocatione ad coelites cogitandum ducerem. G R AE. Heus amice ex flamma in ignem me ire sentio. Sensere et coelicole hunc cupidineum furorem. Nam sub indice suspecto certandum nobis esset.

Noli



## DE CRVCIATV ET EXILIO

Noli afflito, et nimium egenti labore addere. Sat, sat in tuta solitudine poenas posse luere. Nam uitens omnis Cupidinis præda est; et nisi equis opitularetur deus, haud in tam immortali bello subsisteret mortalis. Cœlum, terra, et mare, huius belli plena sunt; sera parum prudentia iuuat. Discat meo exemplo posterritas, huc immortalem deum Cupidinem uenerari; suaque, et alicra cautiūs, et sapientius ne sociari. Hinc Latine amice, saluus, felix, sospes abi. L A. Tu quoq; mi Græcule uale, et quantum potes plaudere, bona fortuna comite.

FINIS

DANIEL DESGUEZ

... spes mea est in deo



~~plan's~~ ~~plan's~~ ~~plan's~~

comit  
/ reform  
(reform)

to <sup>not</sup> ~~not~~ D,

P. + b  
1938 2  
+ 1  
+ 1

m

~~forresto.~~

~~to signs you have~~

~~forresto~~

~~is the  
and  
ian of the~~

~~test~~

~~General election~~

the bear  
was  
at the  
bottom

water too

Mr. M. / Mr. T.

water

5

that you may gravitate gravitate to

*Fusco-purpureus* *luteo-purpureus* *luteo-purpureus*

to sufficient numbers.





10